



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An ex prædictis denuntiationibus teneatur qui impedimentum agnouit,
etiamsi parochus sit, denunciare. §. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

et liberalis, & gratiosa dimissoriarum concessio, ut exigit Trident. *sess. 21. cap. 1.* de reformat. Quod si iustes, cui est data potestas dispensandi, & commutandi conceditur ex Reg. cui licet, quod plus licet, utique quod est minus, de Regulaturis in 6. Ergo isto via dispensationis non possit dispensatur. Ordinarius multam pecuniam imponere, poterit via communicationis? Respondeo ex concepta facultate dispensandi in lege non inferitur legem commutare posse: alias posset Episcopus denuntiationum officium permittere ex eo solum quod in pluim opus obligacionem commutaret. Et ratio est, quia ad communicationem legis requiritur, ut commutans potestatem habeat imponendi legem. Cum vero hanc non habeat inferior Pontifice, neque legem a Pontifice latam in aliam materia transferre. In voto autem licet ipse qui dispensat, & commutat, non habeat potestatem imponendi alteri obligacionem voti, at ipse cui sit commutatio sibi imponit, legem voto nequam imponere potest. Vnde ex concessione ad dispensandum in lege non conceditur potestas ad illius commutationem. Pontifex vero, quia est supremus Legislator potest in suis legibus dispensare, easunque obligationem in aliis materiali commutare, quod est nouam legem edere iuxta Textron in *exp. terti. de foris*. Cum hoc tamen statim dispensatio fieri ob aliquam causam ortam ex culpa imponi posse obligacionem alicuius pecuniae clargendae, non quidem pro dispensatione, sed pro culpa commissa, & in penitentiam illius pro qua conceditur, sicuti adiuvit Sanch. *d. disp. 10. num. 10.*

6. Ad extreum aduentendum est, si dispensatio facta est ab Ordinario non integrè, sed solum pro matrimonij contrahendis obliquo esse contrahentes sub peccato mortali decaudantes ante consummationem premitte: nisi forte aliqua gravi & urgenti causa excusat: ut docuit Navarr. *cap. 16. num. 3.* Sanch. *lib. 3. disp. 1. num. 5.* Gutier. de mar. *cap. 58. num. 1. & 2.* Et coll. giurex Conc. Trid. *dicta sess. 24. cap. 1.* vii precepti denuntiationes ante consummationem premitte: nisi Ordinarius contraria expedire iudicauerit, quod praecepsum cum materiali gravem respiciat sub culpa mortali videtur obligare. Quare contrahentes quoties percut, redduntque debitum mortaliter peccant, utpote qui contra legem gravem Ecclesiasticam procedunt, & quantum est ex se, periculo fornicacionis exponuntur, eo quod poterunt esse impediti ad contrahendum, neque diligentiam iuridicam prestiterint, quae seculi reddere debent.

7. Verum esti predicta sententia omnino tenenda, & confundenda sit, oppositam tamen scilicet non esse peccatum mortale matrimonium consummari, quando contrahentes certi sunt nullum impedimentum subsistere, ut probabilem defendit Man. Rodrig. in *sum. c. 222. num. 1.* & pluribus relatis Sanch. *lib. 3. num. 2.* eo quod Concilium iubet denuntiationes premitte, ut facilius detegi impedimentum possit, si forte adit. Quando vero contrahentes certi sunt nullum impedimentum adesse, cessar ratio legis, & consequenter ipsa lex videat cessare. Sed negari potest rationem legis scilicet, quippe lex de denuntiationibus premitendis non hunc, vel illum calum finguarem spectat, sed omnes, in quibus mortale periculum est consummari matrimonium ab impedienti, si denuntiationes non premitantur: alias si predicta ratio efficiat ad excludendum contrahentes a denuntiationibus premitendis consummationem matrimonij, eadem exculpi possent a premitendis contrahenti, quod nullus dicit. Henr. vero, *liv. 11. cap. 16. num. 1.* aliquippe estis admittant esse peccatum mortale consummari matrimonium ablique denuntiationibus: quando in eis integrè dispensatum non est, et affirmatur solum in prima copula: quando matrimonium consummatur peccatum committi, sed non in reliquis, eo quod celst tale præceptum, utnun exemplo ieiunii, quod à bis comedente obseruari nequit, ideoque non peccat, et plures postea comedat. Tridentinum namque solum videat imperialis denuntiationes præmititum matrimonij contrahenti, tum illius consummationi: at postquam consummatus est nullum de denuntiationibus premitendis præcepsum imposuit.

8. Quantum ad benedictiones Ecclesie vulgo velud auctoritate existimat ex se, & secluso scandalum peccatum mortale non esse, imo nec veniale consummari matrimonium illis non premissis: eo quod Trident. *sess. 24. cap. 1.* loquens de iis benedictionibus horatur fideles, ut eas consummationi premitantur. Ergo non præcipit, sed confutat, consilium autem omittere se peccatum non est. Idemque videtur decisum *cap. mfrat. 30. quaest. 1.* vbi Nicolaus Papa postquam euangelizavit concurrentia ad nuptias, & inter ea benedictiones loquens, inquit, haec omnia non feruare non est peccatum. Atque ita docuit Navarr. *c. 22. n. 38. & 33.* Couaruu. *4. decret. 2. part. 9. & 2. n. 2.* Sotus in *4. d. 28. quaest. 1. art. in e. ad fin.* Petr. de Leiden. *de mar. quaest. 48. art. 5. punct. 3. dub. 1.* Sanch. alii relatis *lib. 3. d. 12. n. 7.* Coninch. *disp. 27. dub. 8. in princ. vbi solum ratione scandalum peccatum agnoscit Gutier. c. 5. 8. de mar. n. 3.* Paul. Laym. *lib. 5. sum. tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 13.*

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

9. Haec benedictiones ex antiquissima Ecclesia consuetudine primas nuptias, non secundas contrahentibus conferuntur, ut multis comprobatur Laym. *dico cap. 4. num. 11.* Et probat Texius *cap. vir. 3. de secundi nuptiis*, nam ut ibidem dicitur, res semel benedicta iterum benedicti non debet. Consuetudo tamen obtinet, ut quoties aliquis ex contrahentibus primò nobat, etiam si alii viduus sint, eius nuptiae benedicuntur, quinimodo si unus ex sponsis etiam si viduus sint benedictiones non receperit, utque benefici potest ex conflitu one Ioann. X XI. sicuti probat Henr. lib. 1. cap. 2. num. 3. Couaruu. 2. part. de sponsal. *cap. 8. 8. 11. num. 2.* Navarr. *cap. 22. n. 8. 3.* Sanch. *lib. 9. disp. 82. num. 1.* Eman. Saa, verbo *Benedictio. num. 2.* Paul. Laym. *dico cap. 4. num. 13.* Coninch. *disp. 27. dub. 8. num. 72.* Vide Gutier. *cap. 106* per iouum, late hanc materiam disputationem,

§. VI.

An ex prædictis denuntiationibus teneatur qui impedimentum agnouit, etiam si Parochus sit, denunciare?

1. *Impedimentum publicum, vel quod probari facile potest obligatus est quilibet denunciare.*
2. *Si impedimentum occultum fuerit, impetrataque fuerit dispensatio pro conscientia foro, nulla est obligatio denunciandi.*
3. *Si solum ex auditu nonisti, nec recordaris a quo acceperis, non es obligatus.*
4. *Si tu solum notis impedimentum, & si infamatorium, plures negant te esse obligatum denunciare.*
5. *Oppositorum verius est.*
6. *Contraekens tenet fateri impedimentum vel a contractu defuisse.*
7. *Solutumur fundamenta num. 4. adducta.*

1. *C*ertum est, si impedimentum publicum sit, vel probari facile possit obligatum esse quilibet illius contractum denunciari: sicuti quidem denuntiatione impeditur, ne coniuges impediti contrahant. Sic Basil. Ponce, *lib. 5. cap. 34. numero 3.*
 2. Secundo est certum, si impedimentum occultum sit, impetrataque fuerit dispensatio pro conscientia foro nullam esse denunciandi obligacionem: quia nullum est impedimentum, ad cuius denuntiationem præceptum fertur, secus verò si publica esset vox de prædicto impedimento, quia eo causa dispensatio non prodet, sicuti adiuvit Sanch. *lib. 3. disp. 14. a. 24.* Gutier. *de mar. cap. 9. num. 13.*
 3. Tertio est certum, si solum ex auditu nonisti impedimentum, nec recordaris a quo acceperis non esse obligatum denunciare, quia ea denuntiaris nullius est visitatio: ut tradit Farinac. *de refib. 2. par. quaest. 69 n. 7. & seqq.* Sanch. *lib. 3. disp. 12. 1. n. 7.* Gutier. *c. 52. n. 12.* quod procedit maximè quando impedimentum est infamatorium, nam si nullam infamiam irrogat, optimè poteris illud denunciare, quia nullum est periculum in ea denuntiatione, & forte veritas manifestabitur, ut rectè adiuvit Sanch. & Gutier. *sppr.* Econtra vero si recordatis a quo impedimentum acceperis, distinguendum est, si acceperisti a persona fide digna, obligatus es denunciare, quia poteris Prælatus illam personam fide dignam citare, & siue testimonium recipere, ut bene tradit Navarr. *cap. 15. n. 45.* Et cap. *inter verba. corol. 66. num. 290. & seqq.* Sanch. *disp. 13. n. 7.* Gutier. *c. 19. num. 10.* Basil. Ponce, *lib. 5. cap. 34. num. 1.* Si vero a persona suspecta impedimentum acceperis, nulla tibi est obligatio denunciandi, maximè si impedimentum infamatorium sit, quia nullum est prædictum testimonium, Argum. 6. licet ex quadam de Testibus. Et docuit Farinac. *dicta q. 69. num. 8. 5.* Navarr. Sanch. Gutier. & Basil. loc. cit. Coninch. *disp. 27. num. 62.*

4. Quare difficultas eo procedit. An teneatis denuntiationis solum impedimentum doveris? Negant te esse obligatum, si impedimentum ex peccato procedit. Supplementum Gabrieли. *d. 28. q. 2. art. 3. dub. penult.* Maior. *4. d. 21. quaest. 2. argum. 3.* Et de quoquaque impedimento docet Eman. Saa, verbo, *Matrimonium. num. 23.* Basil. Ponce, *lib. 5. cap. 34. a. num. 6.* Mouent primò, quia commune est neminem obligatum esse denunciare quod probare non potest ob periculum reguandi impostoris, & calumniatoris, ut docuit Navarr., *de refib. lib. 3. c. 1. in secunda edit. num. 3. 58.* Et alii relatis Gutier. *lib. 1. canon. qq. c. 11. num. 2.* Secundò, vel coniuges bona fide procedunt, ignorantes se esse impedimento ligatos, vel mala fide procedunt, si adeo bona fides nullum peccatum committunt in eo contractu, nullamque irreuerentiam sacramento præstant, aut iniuriam irrogant, cum nullum efficaciter sacramentum, proli autem nullum damnum inferunt, si quidem legitima est. Ergo ex nullo capite obligari potest ad denuntiationem faciendam. Si vero ex mala fide procedant

G coniuges,

coniuges, adhuc non videris obligatus, quia ex tuo dicto tantum nec probari impedimentum potest, nec matrimonium impeditur: *Capit. licet ex quadam, de testibus.* Quod efficacius procedit, si impedimentum ex delicto procedat, non enim absque fructu alicui est irroganda infamia.

5. Ceterum verius est, & omnino consulendum te impedimenti conscienti obligatum esse reuelare, si praemissa reuelatione fratera reuelationem præstare potes absque tuo damno, tametsi impedimentum probate nequeas. *Sic Nauar. c. 22. numero 8;* *Couaru. in 4. decret. part. c. 6. §. 10. num. 21.* *Henriq. lib. 11. cap. 14. num. 5.* *Sanch. alii relatis, lib. 3. disp. 13. num. 2.* *Gutieri. de matrim. cap. 59. numero 9.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 1. num. 61.* *Gafpar Hurtado de matrim. disp. 5. difficult. 21. numero 75.* *Moucor, quia tuum dictum etiæ insufficiens sit dissoluere coniugatos, ut sufficiens esse videatur impidere, ne coniungantur ex Textu in cap. super eo, 22. de Testib. ibi: Super illa vero quæstione, quam fecisti, an nudi coniugia non sit viro pro eo quod sola mater alterius eos esse consanguineos conficitur. Respondemus quod si non est firmatum inter eos et matre afferante ipsos esse consanguineos non debent coniungi, quia presumptio est non matræ, quod linea consanguinitatis attingant. Si vero matrimonium est firmatum, non debent fine plurius viuere dissolvi. Vnde Glossa ibi inquit ad dictum unius impedientur matrimonium contrahendum. Deinde præcepto reuelandi impedimentum affirgeris, quoties commodi potes reuelare, tum ne contrahentes peccent, si mala fide procedant, tum ne irreuerent sacramenta fiat, tum ne proles sit illegitima. Si vero procedant bona fide affirgeris ad impedimenti reuelationem, ne contrahentes materiae peccatum committant, neve si sacramenti scio, & proles ex le illegitima, & vitetur difficultas, quæ in ratificatione matrimonii interuenient soler delecto postmodum in impedimento. Hac enim omnia sufficiente honestat impedimenti reuelationem, tametsi sub secreto acceperis, iurauseque non reuelaturum, vi benè notarunt sanch. Gutieri. Coninch. & alii *saprà.**

Notanter dixi, si absque gratia tuo incommodo reuelare impedimentum possit, quia si reuelatione facienda graue dampnum times, excularis, quippe leges Ecclesiastice & co casu cœfiant: est enim lex Evangelica *negum saeue, & onus leue,* sicuti adiutuit sanch. dicta disp. 13. num. 10. & 23. *Petr. Nauar. lib. 2. de refut. exp. 4. num. 28.* *Basil. Ponce, lib. 5. cap. 34. num. 2.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 61.* *Gutieri. de matrim. cap. 79. num. 4.* & alii ab eisdem relati. Deinde dixi cor. *etiamen fraternalm promittendam esse, si speratur ex ea fructus, id enim exigit charitatis regula vitare iniquam inconvenientiam cum minori damno proximi, quo fieri poslit, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. quæst. 3. art. 8.* Et tradit sanch. dicta disp. 13. num. 5. *Gutieri. de matrim. cap. 79. num. 3.* *Petr. Nauar. & Basil. Ponce, *saprà.**

6. Ex quibus manifeste inferitur etiam ipsum contrahentes, si impedimenti conscienti est, teneri faceri, vel a contacitu desistere, quia inique, & iniuste se ingerit contracitu, quem celebrare iure nequit, vi benè comprobavit variis Textibus, & ratione Henriq. lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 18. num. 2. *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 14.* *Egid. Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 2. num. 63.*

7. Neque argumentum num. 4. adducta vrgent. Ad primum facere illam doctrinam veram esse, cum ad punitiōnem proceditur, secūs, quando ad vitanda damna, vel peccata lex fatur, & obligatio reuelationis imponitur. Ad secundum constat ex probatione nostra sententia ad impedimentum matrimonii sufficiens esse dictum unus testis. Addit etiæ ad impedimentum matrimonium non sufficeret unus testis dictum, sufficit autem, ut iudex ex officio contrahentes vrgat, & inquisitionem diligenter faciat, quibus forte detegetur impedimentum. Tandem impedimentum, quod credis te folium nosse, forte est alijs qui agnoscat, cuius manifestatione opimè probabitur. Quare ut sententia Basil. Ponce aliquam probabilitatem videatur habere, debes certus esse nullum alium à te impedimentum nosse, quamque reuelationem nullius fore utilitas, quod vix accidere potest. Ex quo constat quām leui fundamento ductus procererit Basilius aduersus communem, certāmque sententiam: neque hoc mirum esse debet, cuius finis in scribendo non tam veritatem inuestigare, quām Thom. Sanch. dictis contradicere videtur.

S. VII.

Quaratione Parochus, & Ordinarius se gerere
debeant, cùm opponitur impedimen-
tum matrimonio contrahendo,
aut ipsi norunt?

Nullo impedimento apposito factis denuntiationibus ad ma-
trimoniū procedendum est.

2. Apposito impedimento debet Parochus contrahentibus matrimonium interdicere.
3. Si Parochus nouit impedimentum extra confessionem, & matrimonium publice petatur, negare tenetur. *Item ad Ordinariū deferre præmissa correctione fraterna.*

4. Soluitur quadam obiectio.
5. Si in confessione tantum nouit impedimentum, non potest matrimonium contrahentibus denegare.
6. Delato impedimento ad Ordinariū ipsi incumbit veritatem inuestigare.
7. Si Ordinario constat de impedimento non ex alterius ratione, sed ex propria notitia, nequit contrahentes à matrimonio renoveri.

1. **C**onstat si nullum apponatur impedimentum factis de denuntiatione teneri Parochum ex proprio officio contrahentes in matrimonium jungere iuxta Trident. *leg. 24. cap. 1. ibi: Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur.* In facie Ecclesiæ id est coram Parochio, & testibus, Ecclesia enim dicitur congregatio fidelium: *Cap. Ecclesiæ de consecrat. disp. 1. & cap. velatum d. 2. de testament. vers. nomine antera Ecclesiæ.* Quocirca non esse cœleste, ut in Ecclesiæ materiali vel limine, aut camero celebretur, vt bene Nauar. adiutuit, *cap. 22. num. 7. initio.* *Sanch. disp. 1. num. 20.* *Gutieri. cap. 60. num. 1.* Matrimonio celebrando debet Parochus scribere nomina contrahentium, & testium, locum, & tempus contrahendi matrimonii in libro ad hunc finem deputato secundum formam a Trident. Prescribam: & licet Trident. non vrte verbis adeo rigidis, sed folium dicere, habeat Parochus librum. &c. ex fine tamen quem intendit scilicet vt Ecclesiæ confiter de matrimonio, & lites que suborbi solent intentur, colligitur sub mortali obligare voluisse ad hanc diligenciam præstandam, ut bene docuit Henriq. lib. 11. cap. 7. numero 4. *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 1. num. 21.* *Gutieri. cap. 60. num. 9.* *Basil. Ponce, lib. 5. cap. 36. num. 8.*

2. Verum si facta denuntiatione impedimentum apponatur coram Parochio sive ab uno ex contrahentibus, sive ab aliis scilicet obligatio est Parochus matrimonij celebrationem interdicere, non tamen potest inuestigare, an illud impedimentum de facto subit, verumque sive defera res et ad Ordinarium ut ipse cognoscat, quia Parochus judiciale potest flatem non habet, quia tamen requiri cognitione impedimenti matrimonii iuxta Textum in cap. fin. de clavis de jura, iuncto Texu in cap. 1. de consanguinitate. ibi: Non san-
cti tractando per quilibet sed per Iudices qui potest habent. Intenditio autem facta a Parochio non est judicialis, sed extra judicialis. Sic Holtien. Gregor. Lopez, Segura, & alii quos referit, & sequitur Sanch. *dicta 1. 5. num. 3.* *Gutieri. cap. 50. num. 2.*

3. Quod si Parochus folius nouit impedimentum extra confessionem, & publicè matrimonium petatur, negare tenetur, & rem ad Ordinarium deferrè, eius est veritatem inuestigare: si enim quilibet alias iuxta dicta §. *præcedentem* tem-
tur impedimentum denuntiare, ne ligari contrahant, a for-
tiori Parochus, cui ex officio incumbit salutis subditorum, & illorum bono consulete: præcipue cum commune sit testi-
monio matrimonium impeditur: debet tamen prius statu-
ne, & secreto contrahentes monere, quod si ipsi moni-
ni non acquiescent, sibi impudent, si ex reuelatione impedi-
menti aliqua eis nota proueniat: vt benè adiutuit Henriq.
lib. 1. de Sacram. cap. sol. num. 6. *Sanch. disp. 1. 5. num. 6.* *Gutieri. cap. 60. num. 10.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 3. & 4. num. 6.* & 66. quidquid in contrarium dicat Basil. Ponce lib. 5. *cap. 35. num. 6.*

4. Quod si dicas occulto peccatori indigne Sacramentum petenti ministrandum est, si publicè petat, vix Christus prodi-
tus Eucharistiam creditur ministralle, ergo Parochus impe-
dimento occulto ligatos iungere matrimonio debet, si pub-
licè petant, neque secreto moniti desistere velint.

Respondere cum Sanch. *dicta disp. 1. 5. num. 5.* *Gutieri. cap. 60. num. 5.* & seqq. *Coninch. disp. 27. dub. 7. n. 67.* & 68. duplicit contrahentes impediti posse à matrimonio: primò ex impe-
dimento, quod reddit Sacramentum siveceptionem indignum, neque vterius procedit, quale folium est peccatum mortale. Secundò ex impedimentoo, quod præter siveceptionem indignum occasionem præstat plurimum damnum, pluraque peccata pos-
sum modum committendi, vt est quodlibet impedimentum di-
mens matrimonij, & etiam votum castitatis impediens. Si primo tantum impedimento contrahentes afficiant, & publicè petant, Parochus eorum matrimonio assistere debet, scilicet vero si secundò impedimento ligatio existat, eo quod primum impedimentum cedere tantum videatur in occulti peccatoris
damnum; at secundum impedimentum in aliorum damnum
cedit; & plurimum peccatorum occasio existit, cum tam
primum impedimentum unico peccato commissio ablo-
atur.